

Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter (Ed. Wampach) Nr. 156

Pensandum nobis est, quanta sit pietas et largitio redemptoris. Idcirco ego Leodefridus pro Dei intuitu et ob honorem sanctorum dono ad monasterium Epternacum, ubi sanctus Willibrordus corpore requiescit, res meas in pago Bedense in villa nuncupante Holzheim, quicquid ibidem visus sum habere, id est mansum cum casis, terris, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus et mancipiis utriusque sexus. Si quis vero de heredibus meis, qui contra hanc donationem venire voluerit, iram Dei omnipotentis incurrat. Actum anno regnante Luodowico rege.